

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

III. Vtrüm tribuat Confessio ipsum salutis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

*Caput V. De Effectibus et Utilitate*

*Quæstio Liberatne Confessio aliquo modo*

*II.*

*à pœna?*

*Respōsio.* **C**onfessio simul cum Absolutione habet

*vim liberandi à pœna dupliciter:*

Vno modo, ex ipſa vi Absolutionis, & ſic quidem liberat à poena æterna, ſicut etiam à culpa; manet tamen adhuc obligatus ad poenam temporalem; eò quod inter illius poenam magnitudinem, noſtrarumq; virium imbecillitatē vix vlla fit proportio. Veruntamen virtute clauium ita minuitur, vt etiā in hac vita pro ea plenè ſatisfacere valeamus.

Alio modo, Confessio diminuit poenam propter annexam erubescientiam. Vnde fit, ut quod ſepiuſ quis conſiteatur, eò minorē tollerabilioremque ſibi reddat poenam.

*Quæſtio Aperitne Confessio Paradisum?*

*III.*

*Respōsio.* **A**Paradysi introitu prohibetur quis, per culpā, & reatu poenæ: & quia huiusmodi impedimenta Cōfessio amouet; vt ex dictis patet, ideò dicitur Paradisum aperire.

*Quæſtio Tribuítne Confessio ſpem salutis?*

*III.*

*Respōsio.* **S**pes remissionis peccatorum nō est nobis, niſi per Christum, & quia homo per Cōfessionē ſe ſubiicit clauibus Eccleſiae, ex paſſione Christi virtutē habentibus, ideò dicitur quod Confessio ſpem salutis tribuit.

Præterea cùm per Confessionem peccator plurimas conſequatur virtutes, & hæ ſpem salutis

salutis tribuant: non potest non Confessio iure optimo dici spem salutis ministrare.

*Extenditne Absolutio Sacra-  
menta - Quæstio  
lis se ita ad peccata oblita, ut virtu-  
te eius homo æquè ab oblitis ac à  
confessis absoluatur?*

**VIRTVTE** Absolutionis omnino etiā *Respoſio:*  
peccata oblita remittuntur, idque pro-  
batur multipliciter.

**PRIMO**, quia vnum mortale sine alio  
remitti non potest: Sed vel omnia simul re-  
mittuntur, vel nullum, ac proinde si Absol-  
lutio Sacramentalis remittit peccata confes-  
sa, oportet etiam & oblita remittat.

**SECVNDO**, si Sacerdos non remittit,  
nisi confessa, quandoquidem Christus dixit: Ioan. 20.  
Peccata, quæ vos remiseritis, erunt remissa,  
quæ autem non remiseritis, non erunt re-  
missa; sequeretur quod D E V S quædā pec-  
cata remitteret, & quædam non; cùm ta-  
men impium sit, dimidiā à D E O sperare  
veniam; & certum sit, D E V M, quem sanat,  
perfectè sanare.

**TERTIO**, quia Absolutio Sacra-  
mentalis præstat gratiam ex opere operato: Sed  
gratia illa Sacramentalis æquè repugnat pec-  
catis oblitis in Confessione, sicut & confes-  
sis. Igitur omnia tām confessa, quām oblita  
remittit huiusmodi Absolutio.